

est q̄ naturali quidem desiderio sum-
 mum quibus p̄bat appetere bonū intel-
 lectū nisi a deo eo nō est requiem ha-
 biturus. h̄c bern. **U**n̄ dicebat beatus
 ansel. **O**mnis creatura que deus non
 est mihi inopia est. idcirco sancti viri
 postposito amore transeūrium rerum ⁊
 oīū que in mūdo sunt vel q̄d carnali-
 t̄r delectare p̄ se potius p̄tulerunt ad
 amandum deum ⁊ ea que spūalia sunt
 diligentes quendam cibum quendam am-
 plexum quendam lucē spūalem ⁊ quē-
 dam odorē interioris sui hominis vbi
 veraz requiē inuenire ⁊ assequi possent
De tali amore beatus aug. in libro p̄se-
 fionū sic ait. **Q**uid amo deus meus cū
 te amo. nō amo spēm corporis. nec de-
 cus t̄pis. nec candorē lucis. istius ami-
 cum oculis. non dulces melodias sua-
 niū cantilenaz non florum ⁊ conguēto-
 rum ⁊ aromatu suauē olencia. nō man-
 na ⁊ mella. nō mēbra acceptabilia car-
 nis amplexibz. nō h̄c amo cū amo deū
 meum sed q̄d amo quādam lucē quan-
 dam vocē. quendam odorē. quendam ci-
 bum. quendam amplexum interioris
 hominis mei vbi fulget aīe mee quod
 nō capit locus. vbi sonat q̄d nō rapit
 tempus. vbi olet q̄d nō spargit flatus
 vbi sapit q̄d nō minuit edacitas. vbi
 h̄ret q̄d non euellit facietas h̄c est q̄d
 amo. h̄c augu. **E**cce q̄sō spūales viri
 non temporalia ⁊ exteriora sed potius
 spūalia ⁊ interiora bona diligunt.

Filius.

Quopropter etiam aliqua scire de effe-
 ctibz caritatis Et quid possit ho-
 minē p̄mouere ad dilectionem dei.

Ca. VIII. Pater I

Dilectādum

dilectionem ⁊ augmentandā
 in nobis mibī ita valet sicut frequens

p̄sideratio beneficiorum eius. **T**estaf
 hoc beatus aug. qui sic d̄r. **A**d dei dile-
 ctionem in nobis exercitandam. nutritē
 dam ⁊ augmentandam mibī ita valet
 sicut beneficiorum eius frequens ⁊ dili-
 gens p̄sideratio. h̄c augu. **D**e quibz
 beneficijs dei idē p̄memorat dicens
 in persona cuiuslibet religiosi. **A**mi-
 ma mea si cogitare potes q̄ ⁊ quot qua-
 les in comparatione tui abiecti sunt.
 qui gratiam que data est tibi consequi
 non valebant. audisti certe ab imitios
 q̄ nunc q̄ multe generationes homi-
 num transierunt. que omnes sine cogi-
 tatione dei ⁊ precio sui sanguinis in in-
 teritum eternum dilap̄se sunt omnibz
 illis redemptor tuus. amaroꝝ tuus te
 p̄tulit. quando tibi gratiaz largitus
 est. quam nullus illorum percipere me-
 ruit. tu sola p̄e illis electa es ⁊ quare
 id in te factum sit nulla p̄ter amaroꝝ
 ris tui caritatem causam poteris assig-
 nare. nec aliquid habes nisi q̄ saluum
 me fecit quomiaz voluit me. **N**unquid
 fortioꝝ. ditioꝝ. nobilioꝝ. aut virtuosioꝝ
 omnibus illis fuisti. que gratiam elec-
 ctionis ⁊ familiaritatis p̄e omnibus
 meruisti. **Q**uot fortioꝝ. virtuosio-
 res ⁊ nobilioꝝ ibi fuerunt ⁊ tamen
 vniuersi abiecti perierunt. h̄c augusti-
 nus. **N**on solum autem beneficia dei
 sunt recolenda sed etiam peccata p̄-
 us commissa per contritionē sunt ad
 memoriā reuocanda. ⁊ quomodo p̄
 misericordiam dei absolui sumus ⁊
 pro tanto beneficio feruentioꝝ sit vnū
 quisq̄ ad deum intime diligendum.
Et hoc faciebat beatus augustinus cū
 sic in libro de confessionum dicebat.
Recordari volo transactas feditates
 meas ⁊ carnales corruptiones feditates
 mee non q̄ eas amem. sed vt amem.
 te deus meus amore amoris tui facio
 illud recolēs vias meas neq̄ssimas in

amaritudine cogitatiois mee ut tu dul
 cescas. dulcedo non fallax. dulcedo fe
 lix et secunda colligens me a dispersione
 mea in qua frustarim discissus suus. dū
 ab uno te auersus sum in multa euani
 Erarī em̄ in adolescentia aliquā et affi
 ci ausus sum varijs et ombrosīs et pta
 buit spēs mea et pputruī corā oculis tu
 is placens mihi et placere cupiēs ocu
 lis hōim. et quid erat qd̄ me delctābat
 nisi amari et amare. sed non tenebatur
 modus ab animo vsq; ad animū. quā
 tenuis est lūinosus limes amicitie. sed
 eralabant nebule de lūinosa et cupiscen
 tia carnis et scatebra pubertatis. et ob
 fuscabant cor meū. ut non discernere
 tur serenitas dilectionis tue a caligine
 libidinis. cū nihil blandius sit tua car
 ritate. nec amaf quicq; salubrius q̄ il
 la p̄e cunctis formosa et luminosa ve
 ritas tua ubi requies certa reperitur. tu
 enim es plenitudo et indeficiens copia
 incorruptibilis suauitatis. quies apd̄
 te valde et vita in perturbabilis. qui in
 trat in te intrat in gaudiū dñi sui et nō
 timebit se. sed habebit se optime in op
 timo. De fluxu abs te ego et erravi deus
 meus nimis deuisa stabilitate. et fa
 ctus sum regio egestatis. hxc augustinus.
 Perpendere debet quisq; deuotus mi
 serationes dñi. quō cum per suam grām
 visitat ac solat. ac si omnū oblitus si
 bi soli intendat. Hanc pietatē dñi ma
 gnā beatus augustinus. circa se sentiebat cū
 dicebat. Cū dei miserationes circa me
 attendo. sic mihi videt si phas est dice
 re qd̄ amoto nihil agit deus nisi ut salu
 ti mee pvideat. et enim p me occupatū
 video. quasi oīm oblitus mihi solive
 lit vacare. hxc augustinus. Item dicit. O deus
 op̄s qui sic vnū quemq; curas tanq; so
 lus cures. et sic omnes tanq; singulos
 hxc augustinus. Hec igit iam beneficia p̄mis
 sa et alia quecunq; fidelibus a deo exibi

bita dant materiā amandi ipsum deū
 Unde etiā beatus augustinus p̄ hōim benefi
 cīs ad diligendū deū hortat sic dicens
 Diliges dñm deum tuū qui peccatis
 tuis seruire fecit vngemū suum. qui
 tibi determinauit angelos in ministre
 rium tuū. qui tibi dedit celū cum syde
 ribus. aerem cum volatilibus. terras cum
 animalibus et germinibus. aquam cum pi
 scibus. maiorem ergo eius caritati inu
 riam facis si dona illius accipis et di
 lectionis vicissitudinē non rependis
 Aut ergo dona illius. si potes respue.
 vel si respuere non potes dilectionis vi
 cissitudinē repende. hxc augustinus. **E**
 De effectibus vero caritatis primo sciē
 dum qd̄ caritas non statim p̄fecta ē cū
 nascit in hōi vel habet sed nascitur ut
 perficiat. et indero borat. vltimo per
 ficiatur. De hoc beatus augustinus. sup̄ cano.
 iohannis sic dicit. Nunquid mor ut na
 scit caritas perfecta uno ut perficiatur
 nascit. cum fuerit nata nutrit. cum fu
 erit nutrita roborat. cum fuerit robo
 rata perficit. et cum ad perfectū vene
 rit dicit cupio dissolui et esse cum chri
 sto. hxc augustinus. De hac igit virtute vide
 licet caritate cum possessa fuerit gene
 rant alie virtutes. scilicet strenuitas mo
 excurio bonorū op̄erū ac ceterarū virtu
 tum. Unde dicit beatus augustinus. O felix
 amor ex quo nascit strenuitas mo
 puritas affectionum. sublimitas intel
 lectuum. sanctitas desideriorū. clari
 tas operum. fecunditas virtutum et di
 gnitas meritoꝝ. hxc augustinus. Cari
 tas cum mentem hominis plene ceperit
 ad innumera bona eandē multiformi
 ter accendit. Qd̄ p̄bat beatus gre
 gorius moral. exponens illa verba qd̄ multi
 plex sit lex eius sic dicit. Bñ lex dei mul
 triplex dicitur. quia nimirum cum vna eadēq;
 sit caritas. si mentem plene ceperit.
 hanc ad innumera op̄a virtutū multi

formiter accendit Cuius nimis legis
multipliciter beatus paulus enume-
rat dicens Caritas patiens est benigna
est etc. Patiens quippe caritas est. quia
illicita mala equanimiter tolerat vel
portat. Benigna vero est. quia pro malis
bona largiter ministrat. Non emulat.
quia pro hoc quod in presenti mundo mihi ap-
petit. invidere successibus terrenis nescit.
Non inflat quia cum premium interne
retributonis anxie desiderat. de bonis se
exterioribus non exultat. Non agit prope-
ram quia querit quo se in solum amorem dei
et proximi dilatat. et quicquid a rectitudi-
ne discrepat ignorat. Non est ambicio-
sa quia quo ardenter intus ad sua satagit
foris nullatenus aliena concupiscit. Non
querit que sua sunt. quia cuncta que hic tran-
sitoria possidet. velut aliena negligit.
cum sibi nihil esse proprius nisi quod secum
permaneat agnoscit. Non irritat. quia
iniurias lacerata ad nullos se ultionis
sue motus excitat. dum pro magnis labo-
ribus maiora post premia expectat. Non
cogitat malum. quia in amore mundicie
mentem solidans dum omne odium radici-
tus eruit. versare non sinit in animo quod
inquinat. Non gaudet super iniquitate.
quia sola dilectione erga omnes inhiat
nec de perditione adversantium exultat
Congaudet autem veritati quia ut se ce-
teros diligens per hoc quod rectus in aliis
aspicit. quasi de augmento proprii affec-
tus inhiat. Multiplex ergo ista
lex dei est que contra omnium culpe ia-
culum quod perimendam mentem impe-
dit instructiois sue munimine occurrit
ut quia antiquis hostis varia circumfusio-
ne nos obsidet. ipsa hinc de nobis multi-
pliciter expugnet. **Hec greg.** Beatus
etiam bernardus. verba apostoli iam me-
morata et quedam alia in tractatu de cari-
tate exponendo prosequitur sic dicens So-
la caritas est. que iniurias non rependit

quia benigna est. quia quia felicitas aliena non
cruciat. quia non emulat. quia conscientia ma-
la non pungit. quia non agit prope-
ram. que in honore non extollit. quia non inflat.
que in abiectioe non confundit quia non est
ambitiosa. quia cupiditas non coartat
quia non querit que sua sunt. quia pro-
prie non provocat quia non irritat. quam
sistere suspiciones non sedant. quia non
cogitat malum. quia aliena mala non lesi-
tificat quia non gaudet super iniquitate
quam errores non cecant quia gaudent ve-
ritati. quam persecutiones non frangunt
quia omnia suffert. quam perfidia non indu-
rat. quia omnia credit. quam desperatio non
non absorbet quia omnia sperat. quam mor-
tis separatio non intercidit quia nunquam ex-
cidit. Quid mirum si morte non vincit
que fortis est ut mors imo fortius mor-
te. que ipsam quoque mortem morti coe-
git in morte redemptoris. **Di** insupe-
rabilis virtus caritatis. que ipsum quo-
que insuperabilem superasti. et cui om-
nia subiecta sunt omnibus quodammodo
subiecisti. dum victus amore deus
factus est obprobrium hominum. et ab-
iectio plebis. propter invidiam enim car-
itatem qua dilexit nos continere vult
tra non potuit in ira sua misericordias
suas. quo dilectam animam inimi-
cis exponeret pro amicis suis. ut mor-
tis timorem pariter toleret ab amicis
suis et vigorem et contra deum fortis
fuit quantum magis adversus homi-
nes prevalet. **Hec bernardus** **U**bi no-
tandum quod habentibus caritatem om-
nia cooperantur illis in bonum. **Lesse beato**
augustino qui dicit. Diligentibus deum
omnia cooperantur in bonum. tales enim de-
us consolatur prosperis et exercet adversus.
humilitas afflictione patientia. **pra-**
dictione sapientia. odio benignitas.
Hec aug. **C**aritas etiam magne

Liber III. Dist. II. Ca. VIII.

efficacie est. ipsa namq; est salus moꝝ
moꝝ criminis vita virtutū. cā merito
rum premiū perfectoz. De hac p̄sper
in li. de vita p̄emplatiua sic ait. Cari
tas est volūtas recta ab oībus terrenis
ac p̄ntib; p̄sus auersa iuncta deo inse
parabititer. ⁊ v̄m̄ra igne quodam mō
sp̄s sancti a quo est ⁊ ad quem referē
incensa. inquinamenti oīs extranea.
corruptionis nescia. sine p̄emplatio
nis auida. in omnib; sp̄ inuicta. salus
moꝝ. moꝝ criminū. vita virtutū. vir
tus pugnantū. palma victoz. cā me
ritoz bonoz. premiū perfectoz sine q̄
nullus deo placuit. cū qua non potuit
aliquis peccare. fructuosa in penitenti
bus. gloriosa in p̄seuerantib;. leta in
p̄ficientib;. victoriosa in martirib;. o
pōsa in omnib; oīno fidelib;. ex qua
quicquid est boni operis viget. hęc p̄
iper. **U**nāquamq; ergo aīam v̄t d̄t hu
go de scō victo. in qua caritas habitat
supbia nō inflat. inuidia nō deuastat.
ira nō dissipat. tristitia mala non ve
rat. auaricia nō execat. gula nō inflā
mar. luxuria non inquinat. sp̄ munda
est. sp̄ casta est. sp̄ quieta est. sp̄ leta est.
semp̄ pacifica est. sp̄ benigna est. semp̄
modesta. in aduersis secura. in p̄spis
tempata. mundū p̄remnens. ⁊ deū di
ligens. omnia bona amando sua faci
ens. sua omnib; libenter impartiens.
non timens inopiā. non magnopere
expetens habundantiā. **I**n quo cari
tas dei est semp̄ cogitat q̄n̄ ad deū per
ueniat. q̄n̄ mundū relinquat. q̄n̄ scāda
la euadat. q̄n̄ veram pacē inueniat. sp̄
ad desideratū cor suum h̄z in superna
elevatorum. **S**i q̄n̄ ambulat. si q̄n̄ sedet
si q̄n̄ agit. si q̄n̄ quiescit. quicquid ege
rit cor a deo non recedit. tacens deum
cogitat. loquens nil p̄ter deū aut qd̄
ad amorem dei p̄inet loqui desiderat
alios ad caritatē cohortando inflam

mat. caritatem omnib; commendat.
q̄ dulcis amor dei. q̄ amarus. q̄ im
purus sit amor huius seculi non soluz
v̄ce sed ope quoq; omnib; demōstrat
Deridet huius mūdi gloriā. sollici
tudinē arguit. q̄ stultū sit in his q̄ trā
seunt fiduciā habere ostendit. miratur
cecitatē hōim qui hęc diligunt. mirat̄
quō iam dudum vniuersa hęc transito
ria ⁊ caduca non omnes p̄temnant.
Istis indicis caritas se p̄dit. ⁊ eos in
quib; habitat non solum intrinsecus
voluntate. sed etiam foris p̄uersatōne
discernit. hęc hugo. **Q**ui ex v̄t dicit
basilius voluerit veram dilectōem p̄e
gustare. xp̄m discat suauiter amare.
q̄ xp̄s amor est. **A**mor aut̄ fm̄ dictuz
hugonis. est dulcedo saporis inrimi ⁊
quanto feruentius quis amat tanto su
auius gustat. **E**t hoc notandū
v̄t d̄t beatus aug. q̄ sola dilectio dis
cernit inter filios dei ⁊ filios dyaboli.
Signent inquit se omnes signo sanc
te crucis. cantent omnes alla. bap̄tizē
tur omnes. intrent ecc̄iam. impleant
parietes basilicaz. non discernunt fi
lij dei a filijs dyaboli nisi caritate. qui
habent caritatē nati sunt ex deo. **D**ec
aug. **N**am v̄t d̄t cris. **O**mnes species
iusticie quos habent serui dei in verita
te. p̄nt habere ⁊ serui dyaboli in simu
latione. **S**olam aut̄ caritatē sp̄s sancti
cri non p̄nt habere. **I**deo hanc p̄ima
tam sp̄m caritatis sibi seruauit sp̄s
sanctus. q̄ per nullius testimoniu; sic
cognoscit vbi sit sp̄s sc̄s sicut p̄ grāz
caritatis. hęc cris. **S**ine ergo caritate
etiā nulla virtus. nec aliqd̄ exercitiuz
sp̄uale homini p̄desse potest. **I**deoq;
v̄t d̄t beatus bernar. in tractatu suo de
caritate **S**olus amor est quem deus a
nobis exigit. etiam cum beneficijs ob
ruit. vel flagellis corripit. vel instruit.
vel mādati astringit plenitudo legis

est caritas. et leges et inquit et prophetas et quicquid lege divina indicit. vel interdicit ad solū amorē reducitur. Solue tributū amoris et dñō noueris satisfactū. Quid enim inquit nobis pdest tanta in nostro victu pccitas in habitu vilitas. et disciplina iugis austeritas patenter accipe. Quedā sunt caritatis obsequia placencia. si in caritate fiant ac sine caritate nihil p̄sunt. hęc est dñus. in qua nec minimum opus respuit sine qua nec maximū acceptat nō p̄dicatā etiā si linguis fiat angelorū. Non fides etiā si montes transferat nec elemosina etiā si omnes facultates meas in cibos pauperū distribuā. nō corpis afflictio etiā si tradas corpus ita vt ardeat. nec missarū solēnia q̄ ante fratris reconciliationem munus p̄hibet offerri. hęc bñ. De hac eadē virtute p̄ quendam sic d̄. bona opa qualiacūq̄ sunt tanto magis meritoria sunt. quāto vicinior ex intimis caritatis visceribus p̄cedūt. Ex quo p̄tingit q̄ aliquis in magno et arduo ope minus mereat q̄n ex minore caritate facit illud. q̄ alter in modico ope qd̄ facit ex amore caritatis feruēt. hęc ille. Ipsa etiā vt d̄ beatus bñ. Vere dulcis et suavis est. que fessos al leuat. debiles roborat. mestos letificat. iugum deniq̄ veritatis facit suaue et onus leue. Caritas recte vt nos vincet. prius deū superauit. vulnerauit impassibilem ligauit. insupabilem traxit. incommutabilem eternū fecit mortale. Nulla vō maior dilectio. nullus amor sincerior. nullus affectus ardētior. nulla caritas sanctior q̄ q̄ mortuus est. p̄ nobis innocēs. nihil qd̄ in nobis amaret inueniens. hoc aut̄ totū vt dura corda nostra emolliret. et insensibiles ac emortuos affectus nostros q̄si excitando suscitaret. hęc bñ. Quis ergo caritatē habens dei non tepescit. q̄

vt d̄ beatus grego. in ome. Nunq̄ est ociosus amor dei. opas enim magna si ē fixero opari rennuit. amor non est. ergo probatio dilectionis exhibitio est opis. hęc grego. Dicit etiam de hoc beatus bñ. O bone ihesu amor tuus nō est ociosus. qui te diligūt nō tepescūt memoria de te sup̄ mel dulcis. meditatio tua plusq̄ cibis suauis. loqui de te plurima refectio. cogitatio de te p̄fecta p̄solatio. adhxere tibi vita eterna. hęc bñ. Caritas etiam si cor hominis p̄federit s̄m eundem bñ. Libertatē conat. timorē pellit. laborem non sentit. meritū non intuet. p̄miū non requirit. et tñ omnib⁹ plus viget. nullus eorū sic sollicitat. nulla p̄mia sic inuitat. hęc bñ. Diligenda est ergo virtus caritatis. q̄ vt ait basilus. Omnis qui possidet eā diues ē qua etiā quis caret pauper est. Et beatus aug. Caritas est dulcedo et salubre vinculū mentium sine qua diues pauper est. cui⁹ qua pauper diues est. q̄ dilectione dei nihil dulcius dulce verbū sed dulcius factus. hęc aug. Quisquis etiā habet caritatē vt d̄ beatus grego. in quadā ome. etiam alia dona p̄cipit. qui aut̄ eā nō h̄. etiā que percepisse videbat amittit. Et beatus aug. idem sentit dicens. Attende quanta est caritas. que si desit frustra habent cetera. si assit habent. adde caritatē ad oīa p̄ficiunt. subtrah caritatem et cetera nihil p̄sunt. Caritas ergo est vita virtutum. quā si abstuleris virtutes illico moriunt. **P** Unde omnium diuinarū scripturarū plenitudo est et plenitudo legis est dilectio dei et p̄xi. Si non vales oēs paginas p̄scutari omnia secreta scripturarum penetrare. tene caritatē in qua p̄tēt omnia. hęc aug. **D** Debemus ergo accedere ad deum creatorem nostrū nō gressu pedum. sed moribus bonis

Liber III. Dist. II. Ca. VIII.

et sincera dilectione. ut presentiam ipsius in cordibus nostris habere et sentire valeamus ad nostram consolacionem. Unde iterum beatus augustinus. Ad deum qui ubique presens est. ubi totus est. non pedibus licet ire sed moribus. mores autem nostri non ex eo quod quisque novit. sed ex eo quod diligit iudicari solent. nec faciunt bonos vel malos mores. nisi boni vel mali amores. Tanto autem nobis melius est. quanto magis in illum imus. quo nihil est melius. imus vero non ambulando sed amando. quem tanto habemus priorum. quanto eundem amorem quo in eum redimus poterimus habere puriorem. hinc augustinus. Et raba. de eadem sic ait. Nihil terribilius est cunctis demonibus quam cum in dei dilectione et desiderio estuamus. Dicit etiam de hoc beatus ambrusius. Cum mens incendio caritatis christi estuauerit. ab eo mors omnis maligni calliditas versutiaque discedit. hinc ambrusius. Beatus etiam gregorius. eandem rem commendando sic ait. Antiquus hostis castitatem in nobis si sine caritate fuerit non timet quod ipse carne non premitur ut dissoluat luxuria. abstinentiam non timet quod ipse cibo non vrit qui ne cessitate corporis non vrigetur. Distractionem rerum terrenarum non timet. si eidem operi caritas desit. quod diuitiarum subsidium nec ipse eget. Valde autem in nobis caritatem veram. id est amorem humilem quem nobis vicissim impendimus timet. et nimis discordie invidet. quod hanc nos tenemus in terra. quam ipse nolens tenebre amissit in celo. hinc gregorius. **R** Et notandum etiam quod amantibus deum nullus labor est difficilis. non amantibus vero omnis labor qui ad spiritualem vitam pertinet gravis est. Unde dicit beatus bernardus. Ubi amor est labor non est sed sapor. quam amantibus nihil est difficile. Et iterum. Labor meus vix est vnius horae et si plerumque

est non sentio pre amore. Dicit et beatus augustinus. Qui amat non laborat. omnis enim labor non amantibus gravis est. solus amor est qui nomen difficultatis erubescit. hinc augustinus. Ubi amemus christum ut labor spiritualis non sit difficilis. Ad hoc hortatur beatus iheronimus. ita dicens. Nihil amantibus durum. nullus labor difficilis. amemus christum et nos et facile videtur omne difficile. breuia putabimus vniuersa que longa sunt et iaculo illius vulnerari dicemus. hinc iheronimus. Si quis ergo ut iterum dicit beatus bernardus. gustu caritatis inebriatus fuerit. ad omne opus bonum hilarescit. Laborat et non laescit. dolet et non sentit. detur et non aduertit. Omnis amoris christi quam dulciter capis. quam gloriose illaqueas. quam fortiter stringis. quam suauiter premis quam delectabiliter annexas. hinc beatus bernardus. Dicit etiam ad hoc beatus augustinus. Omnia graua et immunda facilia et prope nulla facit amor. hinc ille. **S** Qui ergo ut dicit origenes perfecte diligit. nihil est quod non toleret. Plura ergo non toleramus certe ob hoc quod caritatem que omnia tolerat non habemus. quod si non ferimus aliqua patienter idcirco est quod caritas nobis que omnia patitur deest. In lutamine quoque quod est nobis aduersus demones eo frequenter cadimus non dubitum quin ab hoc quod non est in nobis caritas illa que nunquam excidit. hinc origenes. Ideoque ut ait beatus bernardus. Vult peccator non alto quidem consilio sed salubri hominem tribulationibus exerceri. ut dum defecerit homo et subuenerit deus deus ab homine uenerit et persequens ad amorem. Et beatus gregorius. Studet omnipotens deus ignem sue caritatis apparenter extinguere per aduersa. ut tam felici facta in terpellatione validius quis accendat in dei dilectione et amore. hinc gregorius.

Item de commendatione caritatis de ori
geni. sup. can. **N**omē quippe caritatis
tū extollit. ut etiam ipse deus caritas
appellat. sicut dicit iohannes **D**eus car
ritas est in quo ostendit et ipsum deum
caritatem esse. In quo ergo caritas est quod
deus est nihil terrenū nihil materiale
nihil corruptibile diligit. Contrariū
namque est ei corruptibile aliquid dili
gere cum ipsa sit fons incorruptionis. ip
sa enim sola est que habet immortalitatem
Si quidem deus caritas est et inhabitat
luces inaccessibile. quid autem aliud im
mortalitas nisi vita eterna est quam da
turum se promittit deus credentibus in
ipsum solum deum et quem misit ihesum
christum filium eius. Ergo in primis et ante
omnia hoc amabile et placitum dicitur esse deo.
ut diligat quis dominum deum suum ex toto
corde suo ex tota anima sua et ex totis
viribus suis quod deus caritas est et fili
us dei. Qui ex deo est caritas est sui si
militate aliquid requirit in nobis ut per ca
ritatem que est in christo ihesu qui est caritas
vel in cognita quadam per caritatis
nomine affinitate sariemur sicut et ille qui
iam coniunctus erat eidem. cum dicebat quis
nos separet a caritate christi. hoc origeni.
Hoc etiam privilegium sola caritas
habet ut deus dicatur et sit. Non enim
dicitur deus humilitas est. deus patientia
est et cetera. sed dicitur deus caritas est. Unde san
cti viri totam substantiam suam tradide
runt et omnes delectationes carnis ac omnes iocunditates inordinatas pretempserunt
ut hanc virtutem preparent et eam posside
rent. De hac nobilissima virtute ca
ritatis sic inter cetera dicit hugo. **C**aritas
si scirem quantum valeres. preter
eum apprehenderes me pro te. sed forte
excedis angustias meas. nec invenire
potero precium tuum penes me. da
bo tamen quod habeo et totum quod habeo
tota domus mee substantia pro te promuta

bo. et cum totum dederis totum quasi ni
hil iam reputabo. omnes delectationes
carnis mee omnes iocunditates cordis
mei propter te libenter impenderez. ut te
solum possidere valeam. Tu sola mihi
carior. tu sola utilior. tu sola suavior.
tu sola iocundior. amplius delectaris
habundantius facians tutius salvans
feliciter preservas. **C**aritas nescio si
forte maius sit te deus dicere an deum te
superasse quod si maius est etiam hoc liben
ter et fiducialiter de te dicam deus cari
tas est nunquid parum est deum in se ma
nentem habere et caritatem possidere.
hoc privilegium sola habet caritas ut de
us dicatur et sit. Non enim dicitur de
us humilitas est aut patientia quod cum om
nis virtus dei donum sit nullam preter
solum caritatem hoc habet. ut non solum
donum dei sed et deus dici possit. Reli
qua igitur gratiarum dona largitur deus
etiam his quos reprobat. solum autem
caritatem quasi seipsum his tantum
quos diligit in premium servat. **C**ari
tas igitur est fons proprius. de quo non
communicat alienus quod quicumque illam
habet non iam alienus est a deo. **D**ec
hugo. **E**t ideo dicit beatus bernardus
concludendo **D**eus caritas est quod preci
osius. **E**t qui manet in caritate in deo
manet. quid securius. **E**t deus in eo quod
iocundus. **H**anc ergo toto cordis deside
rio percupiscamus et diligenti studio
requiramus ut invenire ipsam et possi
dere valeamus ad nostram animarum
salutem.

Quomodo iter duodecim fectus
ab apostolo enumeratos charitas pri
matum tenet et de eius multiplici virtu
te et ceteris per ordinem.